

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

D.Gasparo Crucigero S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

D. Gasparo Crucigero S. D.

I, 89.

Quicquid erit, superanda omnis fortuna feren-
do est: inquit ille satis gloriose. Nos addamus, *Son-*
stros tē des. Nam absq; diuina ope ne quidem su-
stineri tanti fluctus possunt, quantis iam cymba no-
stra concutitur. Ideo consolationem hanc Deus to-
ties tradidit * domicilium afflictos esse, qui ipsum
inuoant. Duo certa signa propria Ecclesiæ con-
spiciuntur in nostro coetu. Sonat apud nos uox E-
uangelij, inuocamus ueris gemitibus: & hostiū ra-
bies extrema mimitatur. Econtrā hostes manifestē
conantur extinguere lucem Euangelij, & perfidio-
si amici arte opprimunt piorum inuocationē, quæ
esse potest. Postremò securi triumphant, aut ex pe-
riculis se extricant, ut labrax ruptis maxillis hamo
se eripit. Oremus igitur Deum, ut adsit nobis, et ser-
uet Ecclesiæ reliquias. Bene & feliciter uale. Die 3
Aprilis, quo memoria celebratur pompæ triūpha-
lis, qua filius Dei Hierosolymam ingressus est, ue-
ctus mula: ubi multi eum excipiētes, magnificas spe-
cies habuerunt imperij noui, qui postea ab eo pen-
dente in cruce defecerūt. Similia nunc etiam fiunt.
Vale.

Amico cuidam.

Non dubito, huius temporis rumores similitudi-
nem esse miseriarum & certaminum temporis Mæ-

B 3 chabæo-